



Universitätsbibliothek Paderborn

**Origines Benedictinae, Siue Illvstrivm Coenobiorvm Ord.
S. Benedicti, Nigrorvm Monachorvm, Per Italiam,
Hispaniam, Galliam, Germaniam, Poloniam, Belgium,
Britanniam, aliasque Prouincias. Exordia Ac ...**

Le Mire, Aubert

Coloniae Agrippinae, 1614

S. Dysibodi monasterium, in d. Moguntina.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11261

S. Dysibodi monasterium, in d. Moguntina.

ANNO 1108. cœptum est monasterium construi in honorem S. Dysibodi. Piæ namque memoriæ Burchardus Abbas D. Iacobi Moguntiæ, quem Ruthardus Archiepiscopus Ecclesiæ S. Dysibodi primum Abbatem præfecerat, II. Kal. Iulij primum fundamenti lapidem iussu præfati præfulis posuit. ita Nodechinus in Chronicō: Vide Serarium lib. 5. Rerum Moguntiacarum in Ruthardo Archiepiscopo.

1108.

Malharstorf, aliás Malharzdorf, & Madlhartistorf.

MOnasterium istud fundatur per Henricum & Ernestum filium, Comites de Kirchberg, anno 1109. Auentinus in Annalibus ita ponit: Eadem tempestate Henricus & filius eius Ernestus Comites à Kirchberg, arsem suā Mallerstorf, in inferiori Bauaria prope Laber amnem sitam, in templum commutant; Hervicus Ratisbonensis Episcopus dicat, sacris D. Benedicti initiat, Burchardum Magistrum, id est, primum Abbatem legit. Primo ibi iuxta castру, in quo Comites illi residebant, ædificata est capella in honorē S. burchardi, quæ adhuc hodie vetus & prima fundatio appellatur, die alt Stift, & non tantum pro Abate & monachis, sed etiam pro Priorissa & monialibus

1109:

S. Be-